





1782.

\*

1. Ackermann: Programma, quo ordinarius senior ceterique assessores fac. jur. memoriam Ackermannianam ... indicunt.

\*

2. Bornius: Collationum juris Criminalis IX.  
Programma, quo ordinarius senior ceterisque assessores fac. jur. memoriam Bornianam indicunt.

3. \* Erhardus, Christianus, Daniel: Programma, quo ordinarius senior ceterisque assessores fac. jur. solennia doctoralia Christiano Danieli Erhardo ... collata indicunt.

4. \* Knisthener, Ernestus, Gustavus: Doctrinae de actione Pauliana continuatio. Programma, quo ordinarius senior ceterisque assessores fac. jur. solennia doctoralia Ernesti Gustavi Knistheneri indicunt.

5. \* Loeben, Guelfus, Christianus, Albertus: Collationum juris Criminalis X. Programma, quo ordinarius senior ceterisque assessores fac. jur. solennia doctoralia ... Guelfi Christiani Alberti de Loeben indicunt.

1782.

6. <sup>\*</sup>Schoenburg, Henricus Ernestus, S.R.T. Comes a: Local-  
Casium juris Criminalis VIII. Programma, quo celeberrimis  
namis senior eademque doctores fac. jur. solemniter  
nie Doctoratus Hurdis Ernesti S.R.T. Comitis Gg.  
nastae a Schoenburg indicunt.
7. Assmann, Christianus Gorpers: De eruditione metal-  
licorum universa.
8. Bauer, Henricus Gorpers, fac. jur. procancelarius:  
De actione Pauliana. Programma, quo solemniter  
Doctoratus Hurdis Ferdinandi Austelii indicit.
9. Bienenus, Christianus Gullab: De finibus jurispruden-  
tiae naturalis circa fenda regundis.
10. Bienenus, Christianus Gullab: De successione fen-  
dorum non secundum jus representationis sed  
linearum praerogativam ordinanda.

1782.

11. Bismerus, Christianus Gotthab: De supremo Annuacionum  
et Summarum mand.  
12. Chladenius, Emeritus Florens Fistoriens: De characteribus  
ecclesiasticis principum.  
13. Erhard, Christianus David: De vicariatu barchico.  
lib II  
14. Erhard, Christianus David: De prudentia in legibus  
civilibus attendenda.  
15. Hebenstreit, Hieronymus Michael: Meditationes  
nonnullae ad jus publicum.  
16. Huebel, Mauritius Ludovicus: De optione uxoris  
ejusque haereditate in bonis mariti defuncti,  
prescriptione ex jure barchico, competente.  
17. Huebel, Hieronymus Ferdinandus: Num ob renovatio-  
nem simultaneae investiturae a prioriore simi-  
lance investito omissa, consolidatio fendi tempo-  
raria, existente successione carn, locum habeat?

1782.

18. Fungbus, Fr. Fridericus: Historia juris civilis  
de divortiorum causis et poenis et legibus  
utriusque collatis et novellis illustrata.
19. Kuesius, Jacobus Fridericus: Observatorum juris  
Criminalis specimen I.
20. Kuischurus, Ernestus Gustavus: De antiquissimis  
mercaturae judiciis
- 20<sup>6</sup> \*  
Kuischurus, Ernestus Gustavus: Diploma, quo col-  
legium jurisconsultorum Lipsiense . . . Ernesto Kuis-  
churo utriusque juris doctoris . . . hono-  
ris am habet.
21. Prasse, Fridericus: Annotatio de officio forensium  
specimen.
22. Puchmannus, Fr. Lud. Ern. fac. jur. prorektorarius:  
Programma, quo sollemnia inauguralia Mauritii An-  
dreei Hubelii . . . indicit.

1782.


23. Puetmann, Jos. Lud. Em: Aphorismi juris Crimi-  
nalis.
24. Schott, Augustus Fredericus: De iudicio super  
successione in majoratu saepe articulo. Program-  
ma, quo orationem auspicalem in dicit.
25. Schott, Augustus Fredericus: Observationes ad Ce-  
cem Toxicam Uectoralem de causis et mimis  
processu. Spec. I. Programma, quo sollemnia Uectorali  
Universi Florentis Fidei Celsissimi indicit.
26. Struckmann, Aug. Carol: De Cerere legifera. Program-  
ma, quo ad orationem auspicalem innotat.
27. Struckmann, Fridr. Franciscus: De legibus Romanorum  
Atheniensibus.
28. Struckmann, Augustus Carolus: De literarum obli-  
gatione.
29. Windler, Anton Godefrid, de fac. jur. praecellarius:  
Corollarium juris Criminalis V. Programma, quo sollemnia  
inauguralia Fidei Prae indicit.


1782

- 20. Müller, Johann Baptist, de: *Observationes quaedam*  
 ad h. l. Cypri *transmissa* *Libellus* *in* *duobus* *partibus* *92*  
*editione* *Idem* *libellus* *in* *duobus* *partibus*
- 21. Jönnas, David, *Verhandlungen* *in* *schwedischer*  
*Sprache* *über* *einige* *Rechtsfälle*
- 22. Jönnas, David, *Verhandlungen* *in* *schwedischer*  
*Sprache* *über* *einige* *Rechtsfälle*









7782,  
1.


ORDINARIVS  
SENIOR CETERIQUE ASSESSORES  
FACVLTATIS IVRIDICAE  
LIPSIENSIS

MEMORIAM  
ACKERMANNIANAM

DIE VI. MARTII A. CIOIOCCCLXXXII.

H O R A I X

IN AVDITORIO SVO RECOLENDAM  
INDICVNT.



IN EST  
COROLLARIVM IVRIS CRIMINALIS  
SEPTIMVM



COLLEGIUM THEOLOGICUM  
ORDINARIUS  
SENIORES CENSURAE  
ACADEMIAE  
MEMORIAL  
ACKERMANIANUM  
DIE VI MARTII A. 1800  
H. O. A. A. M. K.  
IN WITTONO C. O. S. S. O. T. I. A.  
COLEGIUM THEOLOGICUM  
ACADEMIAE



COROLLARIUM SEPTIMUM  
FINIS QVINTI.

**R**estant adhuc quaedam animaduersiones circa crimen aduersus constitutionem Saxoniam de rebus concreditis commissum; quibus hanc disputatiunculam absoluaus. Et primo quidem circa finem corollarii sexti meminimus dicere, non licere administratori salarium praecipere, et eo nomine partem receptae pecuniae alienae erogare, mox compensatione refarciendam; quae res, recens per Mandatum de a. 1767. definita, iam anno 1716. coram senatu Lipsiensi in quaestione fuit, vt ex WERNHERO *obs. for. P. V. obs. 132.* discimus. Lex quasi dura videri posset, sed habet iuris ciuili rationem, nam in nullo deposito est locus compensationis, *l. ult. §. 1. C. de compens.* id quod non solum iam legis fuit ante Iustinianum, PAUL. *sent. L. II. t. 12. §. 12.* sed etiam hodie ita iudicatur, LEYSER. *Medit. ad Pand. spec. 537. med. 10.* Habet etiam vtilitatis communis rationem, quo magis reipublicae conuenit, omnia latibula euertere, in quorum sentina eiusmodi delinquentes latere possent. Nam profecto verum est, quod LEYSERVS *d. l. med. 22.* dicit: *ius, quod perfidos hos mitius punit, saluti et securitati publicae non satis consulit. Grauius coerceri oportet homines, quorum fidem sequi necesse est.* Ex eadem causa reipublicae optime consulitur, dum nec remissionem, nec restitutionem, quamuis huius consilium perpetuum delinquenti fuerit, poenae mitigationem efficere posse, sancitur. Quo loco adhuc obseruabis sanctionem legis d. a. 1705. ex qua tunc temporis duplex restitutio prodesse poterat, quibus verbis procul dubio respiciebatur ad ius Romanum, quo criminis de residuis poena ex lege Iulia tertia pars defraudatae pecuniae publicae erat, praeter ipsam eam simul restituendam, *l. 4. §. 4. 5. D. ad L. Iul. pecul.* quae poena hodie extra Saxoniam dictari solet, STRYCK. *vs. mod. ad h. t. §. 4.* quamuis ab imperatoribus ad capitalem vsque porrecta. Quoad frumentum autem publicum interceptum iure Romano erat multa dupli *l. 2. C. de frum. urb. Const.* quam quidem Elector Saxoniae Augustus a. 1584. ad omnia eiusmodi delicta, vbi summa defraud-

## IV

fraudata infra quinquaginta florenos se contineret, protraxit, sed rex Augustus anno 1705. saepe dicta lege iterum abrogavit. Simplex vero restitutio in hoc delicti genere nunquam poenam mitigavit, quod patet ex exemplo a BERGERO *d. l. et cap. 3. n. 7.* item *Resolut. Lauterbach. ad Leg. Jul. pecul.* allato, quo, Scabini Lipsf. anno 1716 ob magni momenti defraudationem reo, quamvis restitutione oblata, tamen suspendii poenam distarunt, mox gratia regia in gladium commutatam. Hunc BERGERVS, vt putat, rigorem *d. l. §. 11.* aegre fert, quod non mirum, cum ipse in hac opinione esset, consilium de restituendo omnem ex animo dolum expellere, *d. l. et ib. cap. 3. in resp. sub n. IX.* fecutus CARPZOVIUM *pr. crim. qu. 85. n. 38. 57. sq. et P. III. c. 41. def. 2 et 8.* At vero cum hoc delictum, vt vidimus, eo animo perficiatur, vt aliena pecunia lucri ac commodi causa in proprios vsus conuertatur, non video, quomodo consilium de restituendo istam criminis naturam commutare possit, quin ipse CARPZOVIUS sibi non constans *pr. rer. crim. qu. 85. n. 37.* in omnia alia abit, ratus, animum de restituendo excusare, eruditissime tamen refutat ab illustri commentatore eius BOEHMERO *ibid. obs. 2.* Mihi, a lege recentiori abstrahenti, sic videtur: delictum, quod ipsa restitutione non minuitur, id multo minus animo restituendi minui posse. Est vero in nullo crimine aliqua restitutionis vis statuenda, nisi in eo, in quo leges ipsae damni maioris minorisue dati aut rescriti rationem habendam diserte volunt, quale est furtum et falsum, *constit. crim. art. 157. 158. 160. et 112. Mand. Sax. aduers. fures de a. 1719.* Id autem quoad crimen de residuis, neque in nemesi Carolina, nec in alia lege, Constitutionem Augusti antecedente reperies. Etenim quanquam verba dictae legis Carolinae *art. 170.* habent, defraudationem concreditaee pecuniae poena simili furti multandam esse, in furti autem poena ibidem articulo CLX. damni laeso dati ratio habeatur, tamen iuris criminalis interpretes dudum intellexere, hoc crimen neque furtum esse, neque eius poena coerendum, *KRESS. ad h. art. quamvis summis licet viris BOEHMERO patre, Consult. for. To. III. P. III. resp. 865. n. 33. ac BOEHMERO filio ad dict. art. 170.* quoad furti cum hoc crimine dispa-

disparitatem dissentientibus. Verum quoad ipsam restitutionis in hoc crimine efficaciam, consentit etiam extra Saxoniam cum modo laudatus I. F. S. BOEHMERVS *ad CARPZ. pr. crim. qu. 85. obs. 2.* tum LEYSERVS *sp. 85. med. 14.* ipse vero CARPZOVIVS *d. l. n. 53.* eam tantummodo tunc admittit, si fiat, antequam in carcerem reus coniiciatur. Hinc etiam euenit, vt modo nominatus LEYSERVS *dict. sp. 538. med. 14.* se ipsum reprehenderet, quod, dum adhuc inter Helmstadiensens esset, perfidum administratorem, qui consilio reddendi furripuerat pecuniam concreditam, quamuis postea spe deftitutus, mitius puniendum putaret. Nec conqueri debent eiusmodi fraudatores, quasi restitutione non admittenda durius cum ipsis ageretur, quam cum furibus, quibus poenitentibus in simplici furto cum restitutio tum remissio poenae mitigationem conciliat. Ecce causam feueritatis in ipsa delicti atrocitate! verbis saepe laudati edicti ab Electore Augusto promulgati: *daß man sich vor andern dieben etzlicher maßen hüten und fürsehen, aber vor untreuen falschen dienern, welchen man vertrauen muß, nicht verwahren kann, derohalben sie wohl billig ernsterer strafe, als diejenigen diebe würdig.* Neque dubium est, in crebritate alicuius delicti poenas exacerbandas esse, *l. 28. §. 5. D. de poenis.*

Remissio, quae nec magis ex noua lege de a. 1767. profutura est defraudatori, non nisi de priuatorum interceptis rebus pecuniisue intelligenda videtur, saltim ad principem territorialem delinquentis applicari vix poterit. Difficile enim contendere poterimus, eius remissionem perfido administratori non prodesse posse, qui ipsi omnem poenam condonare potest. Nisi dicere velis, discrimen faciendum esse inter fiscum principis et ipsum principem, ita, vt licet illo forte remittente, nihilo minus poena capitalis a dicafterio dictanda sit, et expectandum, an ipse princeps poenae quoque gratiam facere velit.

Diximus supra, cum de inuestigando corpore delicti, eiusque tertia specie diceremus, excutiendas esse fraudatoris rationes, vt subduci posset summa expensorum ab acceptis, et eo ipso, numerando pecuniam praesentem, cerni, an et quantum deceptor

in suos vsus conuerterit. Hic autem admonendi sunt harum rerum inquisitores, ne, vt saepe fit, studio alias laudabili fisci causam tuendi, iusto acerbiores sint, nec nimis praecipitando reum obruant, omnimodo laborantes, vt eum ad agnitionem liquidum ab ipsis subdusti commoneant. Nam eiusmodi confessio, vt supra vidimus, ad capitalem irrogandam poenam non sufficit. Potius similis fere modus habendus ac in expungendis rationibus ciuilibus, adeoque liquidum ab illiquido separandum, ac in primis quoad expensa falsae apochae, quae in detrimentum rei cedunt, a veris, quibus liberatur, discernantur, neque statim ex earum defectu de ipsa pecuniae interceptione concludatur, verum vniuersae rationes diligenter examinentur, et si de hac vel illa re aliqua dubitatio superfit, ea, dum de poena agitur, non tam in praedictum quam commodum administratoris vertatur. Nam quo iustius est, eiusmodi peccatorem dignas poenas luere, eo verius etiam manet, in rebus criminabilibus mitiorem sententiam esse praefendam, *l. 11. §. 2. et 42. D. de poen. MATH. de crim. L. 48. t. 18. c. 4. n. 5. LEYSER. spec. 645.* Neque tamen vtrumque, nempe causa rationum reddendarum ciuilibus cum inuestigatione delicti confundenda, *l. 1. BOEHMER Consult. for. T. III. P. III. dec. 865. no. 29.* nec vna vsque ad alteram differenda, verum si hac eo peruentum sit, vt de corpore delicti, conueniente cum rei confessione, ac defraudationis, quam leges exigunt, summa constet, is digna poena sine mora efficiendus erit, salua interim, secundum constitutionis de anno 1705. verba, defraudatis conditione ciuili.

De eo dubitari possit, num ad suspendii poenam satis sit, defraudatorem surripuisse praecise summam centum florenorum, an vero aliqua summa excedente opus sit. Prior sententia probabilior videatur ob verba constitutionis de a. 1705. quae est recentissima sedes poenarum huic crimini constitutarum: *wenn die summe des veruntrauten, untergeschlagenen und durchgebrachten gutes auf einhundert meißnische gülden münze oder darüber sich beträgt.* At vero, quemadmodum in furto magno extra Saxoniam ad poenam capitalem intligendam semper aliquis



quis excessus quinque solidorum desideretur, quae est sententia CARPZOVII *pr. rer. crim. qu. 78. no. 13. 22. 106.* postea ab omnibus fere iuris criminalis interpretibus recepta, ENGAV. *elem. iur. crim. §. 97.* LAVTERB. *coll. pand. L. XLVII. t. 2. §. 12.* adeo, vt communis hodie dicatur, atque dicaferia peruagata fit, ill. BOEHMER *ad const. crim. art. 160. §. 1. cel.* MEISTER *princ. iur. crim. sect. 2. P. II. c. 13. §. 13. not. a. z.* RICHTER *inst. iur. crim. sect. 2. §. 809.* F. A. HOMMEL *de furto magno eiusque poena §. 7.* quamuis imperator Carolus *ord. crim. art. 160.* poenam non solum in furtum vltra quinque solidos, verum etiam in ipsam hanc summam constituerit; sic eodem modo putamus, eiusmodi defraudatorem, de quo nos hucusque orationem fecimus, suspendi debere, si summa defraudata excedat centum florenos, non, si solummodo attingat. Nam ea lex, quae poenam capitalem indeterminate iubet, si quis aut centum florenos, aut plures interceperit, ea non simpliciter hanc poenam defraudationi centum florenorum imponit, verum rem arbitrio sententiae ferentium relinquere videtur, an ipsa haec summa praecisa, an vero cum aliquo excessu vltimo supplicio sit punienda. Quod quando fit, semper, per ea, quae iam diximus, vt in omni interpretatione legum criminalium, opinio benignior ac reo favorabilior praeferenda est, MENOCH. *de praesumpt. L. V. praesumpt. fin. n. 2.* CARPZ. *pr. rer. crim. qu. 17. no. 31.* Quae regula, cum in vniuersum vera sit, non veremur nimiae lenitatis accusari, si eadem, quae de ipsa summa centum florenorum diximus, ad quinquaginta etiam accomodemus, et, nec huius defraudationem fustigatione, aut si qua alia huic nunc substitui solet, poena coercendam existimemus, imprimis, cum in reliquis minoribus summis, quae in lege nostra expressae sequuntur, non ipsae hae, sed solummodo id, quod infra eas est, pro poenarum constitutarum mensura agnoscitur.

Quod ad monetam attinet, nulla alia intelligenda, quam quae in his terris solet in vsu esse, quod innuunt verba constitutionis Electoris Augusti: *hundert gulden münz*, et hitoria Regis Augusti: *damit auch wegen der münze und nach welchem fusse solche*

## VIII

zu rechnen, kein zweifel erregt werde, so wollen wir hierunter keine andre münze, als wie sie in unsern landen jedesmal üblich, und diesemnach keinesweges den alten reichsfuß verstanden haben; et mox ibidem: hundert gülden münze oder currentgeld. En iterum rescissionem argumenti, quo perfidi administratores ad effugiendam condignam poenam ut possent, dicendo, aliam fuisse rem monetariam eo tempore, cum constitutio Saxonica P. IV. ederetur, aliam esse hodie, cufis tunc nummis argenteis secundum modum imperialem, nunc vero secundum conuentionalem, quorum discrimen vide apud BERGERVM *oec. iur. p. 426. ed. nouiss.* Qui igitur concreditae sibi pecuniae ultra centum florenos secundum modum conuentionalem cufos dolose in proprios vfus conuertit, nihilominus hanc fraudem capite luet, quod nonsolum cum ipsis legum verbis: *wie sie in unsern Landen jedesmal üblich, conspirat*, sed etiam similitudinem in furto magno inuenit, cuius rei capite plectuntur, habita ratione monetae quotidianae tempore furti perpetrati, non probioris, qualis erat anno 1719 cum in Saxonia quinque solidi per Mandatum contra fures atque raptores promulgatum XII. thaleris et totidem grossis exaequantur; id quod expressa lege praescriptum est, post finitum septennale bellum, d. 3. Oct. 1763. lata.

Et hoc aliquid singulare est eius, de quo agimus, criminis, quod poena etiam ea, quae ad capitale non ascendit, in multam commutari sine principis permissu non possit. Etenim non solum in plerisque delictis dicasteria solent carceris poenae multam substituere, sed liberum etiam est iudicibus ac magistratibus, qui iurisdictione superiore gaudent, ex Resolutionibus gravaminum de a. 1661. *tit. v. Instit. S. §. 59.* fustigationem ac relegationem, consulto aliquo dicasterio in poenam pecuniariam conuertere. In hoc solo crimine ex constitutione de a. 1705. non potest. Cuius rei causa sine dubio in eo quaerenda est, primum, quod eiusmodi administratores, qui ut plurimum viri non infimae conditionis sunt, poenas pecuniarias spernere solent, deinde, quia in vniuersum non conueniens videtur, eos, qui ex re aliena fraudulentè lucrum capeferunt, nummis multare, quos  
non

non habituri essent, nisi crimen perpetrassent. Plura de hac singularitate non addemus, quia poena fustigationis et relegationis hodie vix amplius in usu est, an vero, quae ei substitui solet, coercitio, eam non minus in multam conuertendi idem sit iudicibus arbitrium, adhuc sub Serenissimi nostri Principis decisione latet. Profecto vix vlla spes adest, in hoc perfidos perceptores melioris conditionis fore.

Pauca supersunt, de *auxiliatoribus* horum defraudatorum dicere, germ. *Parthierer*. Quae vox hoc sensu, etsi, nec in furto, nec in hoc etiam, de quo disputamus, delicto, vetustatem redolet, vix supra hoc seculum nata, tamen res ipsa antiqua est. Iam enim Imperatores l. 5. C. de crim. pecul. scripserunt: *iudices, qui tempore administrationis pecunias publicas subtraxerunt, lege Iulia peculatus obnoxii sunt, et ii quoque, qui ministerium eis ad hos adhibuerunt, vel qui subtractas ab his scienter susceperunt*: Carolus V. vero nihil de illis dicit, nec vlla lex Saxonica ante Mandatum de anno 1767 eorum mentionem fecit. Eiusmodi auxiliatores autem tum omnes esse possunt, quorum opera defraudatori in peragendo crimine vtendum videtur, tum inprimis illi, qui administratori ab ipso domino dati sunt ad assistendum vel in recipiendo, vel in rationibus gerendis, *Unterveinnehmer, Rechnungsführer, Controleurs*. Quaeramus itaque paucissimis primo de natura huiusmodi criminis, deinde de poena, denique de corpore delicti. Natura quidem nulla alia esse potest, quam quae est opis furibus ab auxiliatoribus latae, de qua si plura diceremus, superuacua forent, cum fere singuli iuris criminalis doctores, inprimis vero CARPZOVIVS *pr. rer. crim. qu. 87.* tam late de ea egerunt, vt nihil, quod addi possit, superfit. Quemadmodum igitur distinxere auxilium furibus praestitum ante furtum, in ipso furto, et post furtum, sic procul dubio etiam esse possunt, qui interceptoribus concreditarum pecuniarum triplici illo modo opitulentur; quamuis forte frequentius soli et absque vilo auxilio hoc crimen committant. Inprimis vero, vt in furum auxiliatoribus, requiritur participatio lucri, quomodocunque hoc percipiant, siue ex manibus administratoris, et pacto cum eo inito, siue dum in ipso

ipso auxilio praestando partem pecuniae socio concreditae subvertunt, ac in proprium usum conuertunt, siue etiam res apud administratorem depositas, veluti frumentum, ab hoc vili pretio emendo, vel alia ratione. Eiusmodi auxiliator facit, vt perfidus administrator crimen suum vel incipere vel perficere possit, idque facit sciens et lucri causa. Sciens, inquam, etenim, si verbi causa magnam farraginem tritici ab illo emat, credens, eius ipsius esse, non alienum, aut si iussu illius magnam pecuniae copiam vel celet, vel exportet, ignorans, eam esse alienam ac surreptam, impunis erit, quamuis laboris pretio accepto; id quod tum ex similitudine auxilii in furto lati patet, CARPZ. d. l. tum ex Mandati verbis: *derjenige, welcher mit gelde oder gut, so ein auf die constitution vom anvertrauten gute verpflichteter beamter oder andre person veruutrauet und unterschlagen, wissentlich, dass es dergleichen geld oder gut sey, parthiererey getrieben.*

Poena horum auxiliatorum vt ipsorum defraudatorum, pro modo capti lucri constituta est, sed plane alia, et multo lenior illa, ac nunquam capitalis. Qui ergo lucrum tulit centum florenorum ac vltra, auxilium praestitum, luet per decem annos condemnatus ad opus publicum, siue hoc faciat compedibus vinctus ad arcem (*auf den Vestungsbau*), siue detrusus in ergastulum; qui autem lucro gauisus est florenorum quinquaginta, triginta vel decem, aut has summas superante, is hoc gaudium tristitia simili opere quinque trium duorumue annorum compensabit, qui tandem minori lucro contentus fuit, arbitrario carcere punietur, in nullis harum poenarum generibus remissione aut restitutione mitigationem asferente. Aequum sane, auxiliatores non tam severe coerceri, quam ipsos fraudatores, in quibus inprimis decepta fides, contemptus iurisiurandi, et abusus posita in eum fiducia simul punitur, quique publice cum tanta solennitate, de poena ipsi certo futura, admoniti fuerant. De reliquo cum lex hic iterum verbis vtatur *hundert gülden und darüber, fünfzig gülden und darüber etc.* forte eadem, quae supra circa hanc rem de ipsius defraudatoris poena disputauimus, applicanda erunt. At vero cum legislator vnicuique horum auxiliatorum duplicem poenam imponat,

ponat, aut operis publici in specie sic dicti, aut ergastuli, quam igitur ex utraque dictione imponent? sine dubio utramque, ut principis sit eligere, quamnam singulis delinquentibus convenientem ducat, hoc tamen forte discrimine servato, ut feminis auxiliatricibus ergastulum pure dicitur. Sic enim habet scriptum regium d. 25. Jul. 1738. ad collegium nostrum datum, verbis: *da die vestungsbaustrafe bey den weibspersonen nicht statt finden kann*, quam, iis, qui militibus ad deserendas cohortes persuadent, mandato d. 3. Dec. 1728. simpliciter impostam, tunc mulieri dictaueramus.

Ad *Corporis delicti* certitudinem quoad eiusmodi auxiliores, exemplo eius, quod supra corollario sexto secundum §. 5. legis recentissimae de ipsis fraudatoribus diximus, haec desiderari I) administratoris religiosa ac solennis, legitimaque de non fraudando obligatio, II) aut 1) eius, qui defraudatus est, de facta sibi surreptione iurata asseueratio, aut 2) testium, si reperiri possunt, iuramento confirmata depositio, aut 3) confessio ipsius defraudatoris cum auxiliatoris affirmatione consentanea, aut 4) similis duorum auxiliatorum conveniens confessio; nam et hanc nobis dubium non est posse corpus delicti efficere, quamvis ipse administrator delictum neget, id quod etiam nec in hoc casu defuturum videtur, si inter plures correos, pluresque auxiliores vnus ex illis cum vno ex his conspiret, aut 5) litterarum commercium inter auxiliores vel omnes vel singulos, vel ipsum etiam defraudatorem, cum istius, de cuius poena quaeritur, confessione conveniens, aut denique 6) libri rationum vel ipsius administratoris vel auxiliatoris, in quas illa res pecuniae, in qua subvertenda hic illi praesto fuit, relata est, ac praeter haec III) deficientis in arca paratae pecuniae veritas.

Restitutio vel denique remissio auxiliatoribus non magis prodest, quam iis ipsis, quibus opem in surripiendo tulerunt, quod ita intelligendum putamus, ut nec restitutio ab auxiliatore, nec ab ipso defraudatore facta eam vim habeat, quod non mirum, cum nec remissio vel restitutio furibus facta eorum auxiliores

toribus mitigationem poenae conciliet ex rescripto ad dicafteria  
d. 17. Febr. 1721. dato.

\* \* \*

Nunc indicanda est oratio in auditorio nostro in memoriam mercatoris olim in hac vrbe non incelebris IOHANNIS SIEGFRIDI ACKERMANNI habenda, cui cum studia non displicerent, stipendium ad excitandos iuris studiosos legauit, hanc praemii loco conditionem scribens, vt subinde nomen eius publice celebraretur. Id quod faciet proximo die VI. mensis Martii Ordinarii nostri filius, iuuenis non contemnendae spei, GOSFREDVS LVDVICVS WINCKLER, simul ostensurus, *multitudinem legum reipublicae magis noxiam quam fructuosam esse.* Huic igitur orationi VT RECTOR ACADEMIAE MAGNIFICVS, CELSISSIMI PRINCIPES, ILLUSTRISSIMI COMITES ET VTRIVSQUE REIP. PROCERES, GENEROSISSIMI DENIQUE AC NOBILISSIMI CIVES frequentes interesse velint, obferuantissime rogamus. Scrib. Dom. Oculi a. CIOCCCLXXXII.

EX OFFICINA SAALBACHIA.



W 78


ULB Halle  
005 361 494

3









1782,  
1.

ORDINARIVS  
SENIOR CETERIQVE ASSESSORES  
FACVLTATIS IVRIDICAE  
LIPSIENSIS

MEMORIAM  
ACKERMANNIANAM

DIE VI. MARTII A. MDCCCXXXII.

H O R A I X

IN AVDITORIO SVO RECOLENDAM  
INDICVNT.

---

IN EST  
COROLLARIVM IVRIS CRIMINALIS  
SEPTIMVM

